



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani**

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

**Gavanti, Bartolommeo**

**Antverpiæ, 1634**

De Officio Defunctorum. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40244**

in antemeridianum & pomeridianum. Vtrumque vero, a spice B. Virgine, inchoari debet, præmissis ciuidem Horis paruis, Matutino & Vesperis maioribus, de Officio diei: & eo casu omittitur v. in fine, *Fidelium anima*. Reliquæ Horæ postponuntur, vii minores Horis Canonici. Prima de beata Virgine dicitur, antequam legatur Martyrologium; quod non est pars Horæ primæ, sed quid superadditum, vt suprà docuimus: vnde & à multis legitur extra Chorum in loco Capituli.

<sup>14</sup> Extra Chorum dicitur pro opportunitate temporis. Et primò ante quamcumque Horam dici debet Salutatio Angelica, vt in Breuiario 1550. præscribitur, & Durand. docet lib. 5. cap. 2. tum in fine ultimæ Horæ, si plures simul recitentur, vt Durand. ibidem.

<sup>15</sup> Diuidi quoque potest in priuata recitatione, ex causa, Matutinum à Laudibus, dicta in fine Salutatione Angelica, & eadem repetita ante Laudes; vt in simili casu diximus de Horis Canoniciis cum Nauarro *suprà Sect. 4. cap. 2. num. 3. & 4. pag. 52.*

<sup>16</sup> Propofita est Indulgentia centum dierum recitabitibus dictum Officium iuxta Rubricas Breuiarij à Pio V. in Bulla eiusdem Breuiarij.

#### De Officio Defunctorum.

##### C A P . I I .

**O**fficium Defunctorum dictum est Agenda à Walafrid. cap. 25. & à Durand. lib. 7. cap. 35. quia agere significat celebrare. item Exequie, ab August. lib. de Cura pro mortuis: non quia extra alia sequuntur, vt quidam definuerent; sed quia, ex Duran. ibid. extra viuos mor-

tui sepeliuntur, & extra Horas Canonicas hoc Officium proprios habent. Donatus definit Exequias, quia mortuus praebat, ceteri sequebantur in funere. Cum autem hodie in funere præcedat Clerus cadaver mortui dicere possumus, nos mortuum sequi, quia obiit ille fruus. Exequias explicit ab executione dictas Mutius Capucinus de Offic. mort. cap. 6. quia, inquit, executioni mandanda est Defunctorum voluntas.

<sup>2</sup> De hoc Officio habetur Canon Extra. de Celebration Miffar. cap. Cū cantatur. ab Apostolis ortum habet, ex Dion. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 7. ab Origene auētum fuisse dictum, teste Augustino in lib. Enchrid. & Isidoro de Officijs Ecclesiastici. S. Augustino tamquam anctori tribuit Jacobus de Valentia in Exposit. Hymni Te Deum. Autorem ligni vite lib. 5. autorem huius Officij facit Amaltrium cap. 79 de Ordine Antiphon. indicat, se collegisse ex Romano & Menensi Antiphonarij ea quæ recta sibi visa sunt de ordine sepulturae. Responsoria compoſuit Mauritius Episcopus Parisiensis, qui obiit anno 1196. teste sancto Antonino citato à Demochare Tom. 2. de Sacrificio Mifsa cap. 18. Orationes, Deus qui inter Apostolos, & Fidelium, habentur in Sacramentario Gregoriano. Pius V. addidit Orationes tres, nimirum pro die Depositionis Defunctorum, Anniversario, patre & matre Sacerdotis, vel recitationum eamdem Orationem, non cuiuscumque; in quo non pauci errant: & tamen Oratio ipsa indicat, de patre & matre recitantis tantum ibi fieri commemorationem, non aliorum. Oratio Absolue est in Sacramentario Gregoriano. Clemens VIII. addidit alias

alias duas pro Defuncto & Defuncta, quæ erant necessariae pro vario Defunctorum ritu: quarum prima, *Inclina*, legitur in Sacramentario citato; reliquæ sunt posteriores Sacramentario. in reliquis nulla est mutatio. Idem est Officium apud Radulph. *loco cit.* & in Breu. M.S. & in ed. 1550. Conclusiones Orationum in Breuiario diversæ sunt à conclusionibus in Officio Defunctorum Ritualis Romani, in quo semper dicitur, *Per Christum Dominum nostrum*. sed in Breuiario datur ritus Officij in ordine ad Officium die diuinum; in quo ea est conclusio, *Per Dominum nostrum Iesum Christum*. &c. in Rituali verò traditur Officij ritus in ordine ad exequias, in quibus unica est conclusio, *Per Christum Dominum nostrum*. & hac ratione non pugnant inuicem Breuiarium & Rituale Romanum.

3 Inchoationes & expletiones huius Officij non sunt ut in Horis Canonicas, ad tristitiam significandam, ex Walafr. cap. 25. de Eccles. Obseru. & simili modo, ait Alcuinus cap. panult. celebramus hæc Officia, quo celebrantur in ijs diebus quibus Christus descendit ad inferna. Matutinum dicuntur Vigilia ab Alcuino de Exeq. mort. in quo Inuitatorium dicitur ut in propria Rubrica, nempe in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, & in die depositionis seu obitus Defuncti, etiam si unum tantum dicitur Nocturnum, ut habetur in Rituale Romano. Itemque in die depositionis tertio, septimo, trigesimo, & Anniversario; & regulariter, quando tres Nocturni dicuntur, etiam ex Durando lib. 5. cap. 3. quia ad solemnius Officium inuitandi sunt plures. Per annum autem omittitur, quia in hoc

Officio exequias Christi in Parasceue fieri solitas imitamus, Duran. *ibidem*. Nocturni verò tres dicuntur in crastino Omnium Sanctorum, ut in prædicto Breu. M.S. & apud Radul. & in depositione Defuncti, nisi aliud impedit, ex Rituali Romano Pauli V. duplicatis Antiphonis. In quibus Nocturnis, ex Alcuino, significantur illa Officia nocturnalia, quæ in morte Domini celebrantur. In ferialibus autem tres Lectiones cum tribus Psalmis, seu uno Nocturno, & Laudibus, ad repræsentandum, ex eodem Alcuino, triduanam Christi sepulturam. Et idèo neque ad Lectiones datur benedictio, neque in fine dicitur *Tu autem*, sicut nec in triduo mortis Christi, Durand. lib. 5. cap. 2. Antiphona nona, *Sicut anima mea ad Deum viuum*, ita legenda est, licet in Psalmo dicatur, *ad Deum foriem* (non fontem) *viuum*: & habes exempla in Breuiario Antiphonarum, quæ paululum discordant à Versu Psalmorum, quorum sunt Antiphona; ut in 1. Antiphona 1. Nocturni Dominicæ. In fine Vesperarum & Laudum dicuntur preces semper genibus flexis, etiam quando omittuntur Psalmi. Episcopis autem in Cerim. Epis. lib. 2. cap. 10. pro eorum dignitate prescribitur, ut stantes dicant Preces: quod non debet esse communne reliquo Clero. Dicitur *Pater noster*, *Et ne nos*, alta voce, quod in M.S. Breuiari. traditur. in Breuiar. 1550. male negatur. Quem titum in Vesperis restituit Pius; & in Laudibus explicavit magis Clemens VIII. Verlus autem frequentissimus, *Requiem eternam*, &c. habetur in Sacramentario Gregoriano: qui dividitur in fine Psalmorum, & in Precibus; licet in Responsorijs sit unus Verlus, contra P. Ruiz, ut sit

Aa 3 loco.

190 Comment. in Rubr. Breuiarij. Sect. IX. Cap. II.

*Loco Gloria Patri, &c. in fine Psalmorum. Autores facit Apostolos huius Versus Michaël Timoth*in quest. 300.* quest. 17. Psalmi vero in fine Vesperatum & Laudū non dicuntur in Commemoratione omnium Defunctorum, neque in depositione Defuncti, si tres Nocturni dicantur, ex Rituale Romano Pauli V. neque in Officio Duplici, pari ratione. Contraria enim est ratio illorum, ac non *R. longioris, Libera me;* quod non modò dicitur in prædicta Commemoratione, sed etiā quendamq; dicuntur nouem Lectiones: quare omittuntur illi Psalmi, quando dicitur hoc Responsorium. Versus qui dicuntur post Psalmum, si pro uno fit Officium, dicuntur in numero singulari, sicut & Oratio sequens: reliqua in toto Officio non mutantur, neque Versus post Orationem; quod in Rituale Rom. habetur.*

4. Orationes tres dicuntur sub una conclusione diuerso modo ac in Missa; in qua prima Oratio concluditur, & duæ aliae per modum commemorationis adduntur. Sed in Officio commemorationes non sunt, cùm Antiphonas & Versus non habeant; & idē vnius Orationis rationem habent, ad quam totum Officium ordinatur. Oratio Fidelium si sola dicitur, habet conclusionem valde propriam; si cum prioribus duabus, habet breuiorem, & communem tribus, quæ diriguntur ad Dcūm conditorem & redemptorem, diuersam à conclusione quæ habetur in Missa, Maioribus ita volentibus, qui diuersimodam conclusionem assignauere in Missali, Breuiario, & Rituale. Versus *Requiescant in pace* dicitur in fine, omnibus surgentibus, tam in Vesperis quam in Laudibus, eo modo quo diximus de Be-

nedicamus Domino Sect. 5. cap. 17. num. 8. pag. 96. nisi consuetudo sit alia.

5. Quæritur: An, quando Vespere Defunctorum & Matutinum dicuntur separatim ab Horis Canonis, siue in Choro, siue extra Chorus, præmittenda sit secreta Oratio Dominicæ? Hoc obseruat Cappella Papalis in Festo Omnis Sanctorum, in quo, omisis secundis Vesperis de Festo, ne Vespere Defunctorum inchoentur ex abrupto, recitatur prius Oratio Dominicæ: quæ item repetitur ante Matutinum, quod notat Christophorus Marcellus in *Carin. Pat. lib. 2. Sect. 2. cap. 24. & 25.* & exemplo Cappellæ idem prescribitur in *Cermon. Episcop. lib. 2. cap. 10.* etiam Vespere Defunctorum iungantur Vesperis de Festo. Certè Rituale Romanum non prescribit Orationem Dominicam, licet agat de Officio separatim dicendo ab Horis Canonis: quare placet non dici regulariter. Illud quoque est notandum, quod si aliquando diuidatur Matutinum hoc à Laudibus, eo casu in fine Matutini dicuntur Preces sine Psalmo cum Oratione, seu Orationibus, ut congruo fine terminetur.

6. Adhuc quæritur: An Vespere dicendæ sint ante Matutinum, quod presente corpore manè cantatur ante Missam, cùm eæ sint primæ Vespere, & tamen manè non est Vesperarum tempus. Respondetur, omittendas esse eas Vesperas, quæ pridie Matutini Officii recitari nequeunt. Nostri igitur Clerici, qui tenentur pro Defuncto ex nostris recitare et Officium Defunctorum, tribus scilicet diebus; si nocte moriatur ille, non tenentur in Choro ad primas Vesperas: aliæ autem recitare

tare debent coniunctas Vespertas diei, si feriales sint, alioquin post Completorium, non habita ratione Officij, sed Suffragij. Qua ratione, primo die poterunt manè cantare semel Matutinum, & iterum à prandio post Vespertas 2. Matutinum, & deinceps sequenti die tertium, ut celerius ille iuuetur. Sed congruentius quolibet die manè cantatur Matutinum tribus dictis diebus: vel ea ratio saltem ineatur, qua Vespera nullo modo secundæ (quas non habent Defuncti) videantur esse.

7 Non habent Defuncti secundas Vespertas, ad significandum, quod hoc Officium finem habebit, quando animæ ab omni pœnäliberatè Deo fruerunt, Belech cap. 160. sed, mea sententia, demuntur ad minorem Officij solemnitatem, ut sit in Feste Simplici.

8 Omittitur hoc Officium tempore Paschali, quia, inquit Durand. lib. 6. cap. 72. ad Christum solum eo tempore dirigenda est mens: neque interea patientur animæ dispensum, quia & beneficia nostra sunt illis communia; & nec expressius memoria pro illis fieri posset, quam agendo memoriam de morte Christi (nota pro sequenti casu) & eiusdem resurrectione, per quam à pœnis liberari expectant. extra Chorum tamen utile est ipsa Officia dicere. Hæc Durand.

9 Item omittitur in Hebdomada maiori, quod à Pio V. fuit statutum: nam apud Durand. loco citato, in Breuiar. M.S. & 1550. triduum tantum ultimum dicta Hebdomadæ excipiebatur. causam atulimus num. preced. Aliam adfert Radulph. Propos. 20. ob dierum incongruentiam, sicuti tempore Paschali ob temporis iucunditatem. & hanc intelligo causam. Incongruentiam verò ille non explicat: fortasse,

quia pro Christo solo, non pro alijs, in Hebdomada maiori debemus esse in tristitia summa.

10. Item in Festis nouem Lectionum, quod habet etiam Radulphi. loco citato, ob dierum ait festivitatem: in M.S. & 1550. idem prescribitur. Nisi adimplenda sit Defunctorum voluntas, pro qua permittitur separatim dici ab Officio diei à sacra Rituum Congreg. die 12. Iunij 1628.

11 Dici vero debet prima die cuiuscumque mensis non impedita Festa nouem Lectionum, &c. ut ait Alcuinus, in Calendis. Certe, ut quantocum Defunctoris suffragemur, & semel saltem in mente omnibus Defunctoris communibus Ecclesiæ Suffragijs. Quod si soli dies ultima mensis sit libera, ea die dicatur; licet in sequenti die rursus pro mense sequenti dicendum fore, quod adnotauimus in Ordine nostro perpetuo Tab. 13. 14. mense Maio.

12 Sed quid, si in Aduentu & Quadragesima dici non queat in mense Decembri, & Martio, in Ferijs secundis, de quo ritu dicemus statim; utrum ratione mensis erit semel saltem recitandum prima die non impedita Festo nouem Lectionum? Contingit casus in Aduentu, quando Dominica 1. Aduetus occurrit die 29. Nouembri, ut videre est in Tabulis nostris ordinis perpetui Tabula prima, octaua, & alijs. Et in Quadragesima unicus etiam est casus, quando Feria 4. Cinerum occurrit in die 28. Februarij ut in Tab. 25. eo enim anno Feria 2. omnes sunt impeditæ Festis nouem Lectionum. Andreas Castaldus in suo Carimon. lib. 3. cap. 7. num. 8. negat debere dici ea ratione; quia in Quadragesima hoc Officium est annexu onus diei, nempe Feriae 2. & idem valet in Aduentu.

sed

192 Comment. in Rubr. Breuiarij. Sect. IX. Cap. II.

sed ratio non conuincit, quia onus annexum Feriae secundæ non tollit onus, quod potest esse ratione primæ diei mensis. Vnde accedit in Feria secunda per annum dici Missam pro Defunctis, ut in Rubricis Missalis tit. s.n. 2. & Feria tertia, quæ sit prima mensis sequentis, dici Missam quoque pro ijsdem ratione Rubrica num. 1. Ea igitur verba, *Ante Quadragesimam prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum;* & *Ante Adventum prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum,* ita sunt intelligenda, ut intra Quadragesimam & Adventum nulla habeatur ratio mensis. Et confirmatur ex Rubrica generali Missalis tit. s.n. 1. cuius verba sunt: *Prima die cuinque mensis (extra Adventum & Quadragesimam) dicitur Missa pro Defunctis.* quæ certè responderet Officio Defunctorum. Et ratio est, quia nulla habitatione mensis, sunt Suffragia sèpiùs, hoc est, semel in Hebdomada tam Adventus quam Quadragesimæ. Si verò aliquo anno (quod raro continet) Ferijs secundis omnibus impeditis, non dicatur Officium Defunctorum, parum refert.

13 Dicitur præterea hoc Officium in Ferijs secundis tam Adventus quam Quadragesimæ, hoc est, initio Hebdomadæ, ut citius Defunctis suffragemur. Qui ritus præcisè in Feria 2. ordinum habuit à Monachis Gamungensibus, ex Petro Damianian. 1056. quod adnotauit etiam Baron. eodem anno: vel dici potest, quia cælum creatum fuit die Lunæ, ideo petit Ecclesia, ut in cælū transferantur animæ de Purgatorio. In Quadragesima verò quotidie recitabatur, ex Radulpho loco citato. Pius autem V. Feria 2. contentus, nihil ultrà iusserit.

14. Quæres: Occurrente Vigilia Nativitatis Domini in Feria 2. Hebdomadæ 4. Aduentus, vtrum ea die recitandum sit hoc Officium. In Breu. M.S. & 1550. aperte negatur: quia non debent dici Vesperæ, nisi dicitur etiam Nocturnum cum Laudibus. Nocturnum autem cum locum habeat post Laudes dici, non congruit deinde, ut post Laudum Vigilia Officium, quod est Duplex, dicatur Officium Defunctorum; & eo magis, quia est Officium Duplex priuilegiatum, quod excludit omne aliud Duplex. Adde, omitti eodem die Officiū beatæ Virginis parvum; cum tamen agatur eadem die de proximo partu Virginis: quantò magis officium Defunctorum, quod minuit iucunditatem illius Vigilie. Denique si concedatur Officium Defunctorum, etiam in Missa fiet commemoratio eorumdem; quæ tamen nullam admittit commemorationem, nisi Dominicæ, si in ea occurrit Vigilia: imò & posset celebrari Missa de Requiem in ea Vigilia, à qua excluditur Duplex Festum, & Missa consequenter Defunctorum, quæ prohibetur dicitur in Festo Duplici. At Caſtaldus in Cœrim. lib. 3. cap. 1. n. 9. concedit, posse dici Officium Defunctorum in Vigilia Nativitatis ratione Feria 2. tum quia non est impedita Festo nouem Lectio-num; tum quia in ea Vigilia excluditur tantum à Rubricis Officium parvum B. Virginis: & addit, prudentissime potius esse recitandum pridie Vesperti, vbi est consuetudo, quæ certè non tollitur à Rubricis Breuiarij in Officio Defunctorum. Cui tamen respondeo, in Breuiar. M.S. & 1550. expreſſè prohiberi Officium Defunctorū à Completorio pridie Vigilię Nativitatis cantato. Et ad primam rationem dico,

xqui-

xquiparari, & præcedere Officium dictæ Vigiliæ, si comparetur cum Fe-  
so quolibet nouem Lectionum: ad  
alteram, ibi non excludi Officium  
B. Virginis cum particula restriictiu-  
tanum; sed omitti de Officio Defun-  
ctorum id præscribere, quod præscri-  
ptum iam fuerat dñ Officio parvo  
B. Virginis, imò non fuit necesse aliud  
decernere, sumpto argumento à for-  
tiori, vt diximus, si excluditur Offi-  
cium B. Virginis, ergo multò magis  
Defunctorum.

15 Accedamus ad horam recitandi  
huius Officij. Et Vesperæ quidem re-  
citari debent post Vespertas etiam Festi  
Duplicis, si Feria sequatur, vt in Bre-  
uiat. M.S. & 1550. Et sacra Rituum  
Congregatio 23. Maij 1603. pro pri-  
ma die mensis, si hæc sit libera à Festo  
nouem Lectionum, decreuit, Vespertas  
Defunctorum recitandas esse ultima  
die præcedentis mensis, licet ea sit fe-  
stiua de præcepto; vt populus frequens  
post auditas Vespertas Dominicæ, vel  
Festi, audiat statim & Vespertas De-  
functorum pro Suffragijs generali-  
bus: sicut in Dominicis Adventus &  
Quadragesimæ fieri solet in Vespertis  
pro Officio Defunctorum, sequenti  
Feria secunda persoluendo. Qui ritus  
mihi placet quām maximè, in ijs  
etiam Regularium Ecclesijs, in quibus,  
vi Regulæ, qualibet Feria 2. vel  
alia non impedita, solet singula Heb-  
domada recitari Officium pro De-  
functis fratribus, consanguineis, &  
benefactoribus. Defunctis autem vni-  
hus esset; quia contingere potest, vt,  
dempta Feria 2. reliquæ Feriæ sint  
impeditæ Festis nouem Lectionum, &  
sic in ea Hebdomada noti dicatur  
Officium.

16 Matutinum verò Defunctorum

post Laudes diei recitatur in Breui-  
ario M.S. & 1550. Cui Rubrica inha-  
rendo sacra Rituum Congregatio pro-  
hibuit, in Festo Sanctorum omnium  
cantari Matutinum Defunctorum ve-  
speri, & iuslīcū recitari in ipsam dñe  
Commemorationis omnium Fidelium  
Defunctorum post Laudes diei, 1. Se-  
ptemb. 1607. Episcopis autem tantum  
conceditur, vt in die Festo Omnium  
Sanctorum possint in suis Ecclesijs re-  
citare cum Clero suo Matutinum De-  
functorum, vt dicitur in Cærini Epis-  
cop. lib. 2. cap. 10. ea certe de causa,  
vt sequenti manè liberiores sint ad  
Missam solemniter cantandam pro  
Defunctis; quæ causa satis aperte si-  
gnificatur initio prædicti capit. 1.

17 Consuetudo tamen illa Regu-  
larium recitandi Matutinum Defun-  
ctorum vespéri post Completorium  
pro die sequenti, non videtur impro-  
banda, si de Officio ex vi Regulæ aga-  
tur; neque etiam ex vi Rubricarum, in  
quibus dicitur: *Nisi alia sit consuetu-  
do Ecclesiarum.*

18 Restat yltimò dicendum de  
obligatione ad hoc Officium recitan-  
dum: hæc autem nulla est, excepta  
Commemoratione omnium Defun-  
ctorum, de qua diximus Sett. 7. c. 1. 3.  
pagina 171. nulla, inquam, est, fol-  
luente nos Pio V. in Bulla Breuiarij  
ab antiqua obligatione, & ab omni  
peccato; exhortante tanum, & In-  
dulgentia centum dierum pro una  
quaque vice ad præscriptum Rubrica-  
rum proposita, alliciente. Ex quo Na-  
narrus rejicitur, qui ante Pium V. de  
Orat. cap. 10. num. 4. docuerat, Offi-  
cium Defunctorum certo die præscri-  
ptum in Breuiario esse partem Horarum  
Canonicarum.

19 Quod si aliunde oriatur obliga-  
tio  
B b

tio recitandi Officium Defunctorum, puta, ex voluntate testatorum; in ijs quidem diebus, quibus conceditur Missa de Requiem (qua de re in primo Tomo diximus pag. 11. & 12.) absque dubio recitari poterit.

20 In alijs verò diebus, in quibus prohibetur Missa de Requiem, adhuc tamen recitari poterit (exciperem Festa primæ & secundæ classis, & triduum maioris Hebdomadæ postremum) etiam in Choro: quia difpar est ratio inter Missam & Officium Defunctorum. illa namque suppleri potest cum Missa de die, eo modo quo docuimus in primo Tomo pag. 223. à n. 19. & seqq. non autem Officium cum Officio de die: vel præter cantatam Missam de die in Collegiatis, potest cantari altera de Requiem, vt Roma sit quotidie in Ecclesia S. Petri. Festum autem, etiam de præcepto, ex minùs solemnibus, non impedit recitationem huius Officij, vt patet ex dictis supra num. 10. 15. & 17. maximè si adhuc Ecclesiarum consuetudo.

21 Pins itaque V. tam in Bulla quam in Rubricis loquitur de Officio Defunctorum ex communi intentione Ecclesiæ pro Suffragijs generalibus recitando in Choro, remittens antiquam obligationem illud sèpiùs recitandi, & quotidie, vt olim, in Quadragesima; tum prescribit eos dies, quibus illud idem congruentius recitari vel omitti debet: non autem excludit obligations proprias ex testamentois Defunctorum rationabiles.

22 Si tamen accidat in his obligationibus aliqua necessitas ex causa rationabili reducendi, aut commutandi, aut eas moderandi, ad tempus, seu in perpetuum, declaravit sacra Tridentini Concilij Congregatio Sess. 25. cap. 4.

posse Episcopos in Synodo, & Regulare Superiores in Capitulis Generalibus circa hæc Officia decernere quidquid magis expedire iudicarent, ea commutando in Missas, &c. si ante Concilium ea fuerint impositæ, quod postremò à nobis additum eadem sacra Congregatio significata visa est in Decretis de celebracione Missarum sub Urbano VIII. 21. Inny 1625. §. Ac primo, vbi, dum prohibet reductionem Missarum post Concilium, non ante illud, indicat apertè, eam fuisse mentem facti Concilij, de qua dubitabant Doctores. Filius Moneta noster de Communi. vti. vol. quest. 11. conclus. 4. num. 367. & seq. de his Officiorum commutationibus agit. hoc loco hæc satis.

### De Psalmis Gradualibus.

#### C A P. I I I.

**F**aciamus gradum, ordine Breuiarij, ad Psalmos Graduales, qui dicuntur Canticum graduum & ascensionis, ex vi vocis Hebreæ Amahaloth. Et Graeci quidem, Theodoretus & Euthymius, docent, Cantica hæc intelligenda esse ad litteram de ascensione Iudeorū à Babylone in Ierusalem, Spiritu sancto per os David præcincte calamitatem eorum, & libertatem. Alij, è quibus Durand. lib. 5. cap. 2. malunt esse compositos hocce Psalmos, vt canerentur in ascensione quindecim graduum Templi Salomonis: tot enim fuisse affirmat S. Augustinus Tract. in Psalm. ultimum, cui Lyranus subscribit; & significant ascensiones Electorum in Deum, per quindecim gradus.. Septenarius enim veteris Testamenti est, octonarius noui Testamenti est numerus, ex Am-